Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Qui uiam domino preparauit in heremo ℣ Fuit homo ·
missus a deo cui nomen iohanes erat · Qui uiam · Lectio
sexta Quibus perspectis aduertite dilectissi
quantam huic reuerenciam quantum deuocionis debea
mus impendere qui ut honorabilis sit a sancto
et spiritu prophetatus promissus ab angelo · lauda
tus a domino et perpetua sancte mortis gloria
consecratus Dicebat namque ut musica natiuita
tem eius mirabilis uita sequeretur ut sanctam
perfectamque uita mors deo deuota concluderet ·
Tu autem Responsorium Innuebant patri eius quem uellet
uocari eum et postulans pugillare scripsit dicens Iohannes
est nomen eius ℣ Apertum est illico os zacharie et prophe
tauit dicens Iohannes In tercio nocturno antiphona Posuit
os meum dominus quasi gladium acutum sub umbra manus
sue protexit me Psalmus Domine quis habitabit Antiphona Formans
me ex utero seruum sibi dominus in lucem gencium ut sim
salus eius ab extremis terre Psalmus Domine in uirtute
Antiphona Reges uidebunt et consurgent principes et adorabunt
dominum deum tuum qui elegit te Psalmus Bonum est confiteri
℣ Magna est gloria eius in salutari tuo · Secundum lucam ·
In illo tempore Elizabeth impletum est tempus pari
di et peperit filium Et audierunt uicini et cognati
eius quia magnificauit dominus misericordiam
suam cum illa et congratulabantur ei Et reliqua Omelia
venerabilis Bede presbiteri Precursoris domini na
tiuitas sicut sacratissima lectionis euangelice
prodit hystoria multa miraculorum sublimitate
refulget quia nimirum decebat ut ille quo maior
inter natos mulierum nemo surrexit maiore pre
ceteris sanctis in ipso mox ortu uirtutum iubare
clarescere Tu autem Responsorium Precursor domini uenit
de quo ipse testatur Nullus maior inter natos mulierum
iohanne baptista ℣ Ipse preibit ante illum in spiritu et uirtute
helie Nullus Lectio octaua Senes ac diu in
fecundi parentes dono prolis nobilissime exul
tant ipsi patri quem incredulitas mutum reddi
derat ad salutandum noue preconem gracie os et
lingua reserat nec solum facultas deum bene
dicendi restituit sed de eo etiam prophetandi uirtu